



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Elogia Patriarcharum, Et Christi Jesu Dei Hominis.  
Emanvelis Thesavri Patritii Taurinens. Et Aloysii Jvglaris è  
Societate Jesu**

**Giuglaris, Luigi**

**Francofurti, 1684**

Lazarum sororibus reddit. 38

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38349**

## ELOGIUM XXXVIII.

LAZARUM SORORIBUS REDDIT.

Ioan. cap. II.

Causa agititudinis  
Lazari, ex absentia  
Christi: si enim fuisset  
sas hic, non fuisset  
mortuus.

Miserunt ante omnia  
Sorores ejus ad eum  
dicentes: Ecce quem  
amas, infirmatur.

Ut auderit quia in-  
firmatur, manit in  
eodem loco duobus  
diebus.

Lazarus Amicus  
noster dormit, sed  
vado, ut excitem,  
etc.

Domine jam sicutet,  
Quatriduanus enim  
est.

Ex Chrysolog. serm.  
de Lazaro suscitato.

Dix enim eum u-  
eraque colloquitus  
antequam ad sepul-  
crum veniret.

Tollite lapidem.  
Chrysol. ubi supra.  
adit materni bajula  
nominis Maria.

Lazarus mortuus  
est, sed gaudet propter  
vos.

In fremuit Spiritu, Qui amici mortem enuncians gaudere se dixerat,  
Et turbavit seipsum. Ubi eum ita miseræ redditurus est vitæ

Tota viscerum commotione turbatur.

Fiebat

Jesum abire non finire,

Qui agititudines, & mortem timetis.

Excubant circa nos disposita in insidiis mala,

Quæ quia præsente illo non audent erumpere

Captant ex illius absentia opportunitates nocendi,

Retineret adhuc Bethania Lazarum,

Si non dimiserat Christum;

Digna tamen est, quæ utrumque recuperet,

Quæ Deum ante Medicos accersivit.

Festinant nuncijs dies fugitivos præcurrere;

Narrant agititudinem, nec referunt sanitatem,

Prodit non egere se nunciis

In amicorum periculis Christus.

Ut sit tamen infortunio locus

Necit moras per biduum;

Utpote cui esset in dispati gloria par facilitas,

Mortem vincere, ac removere languorem.

Proficit morbus, spes deficit,

Et mortuo consepulta

Ad færoreru usque putreſcit.

Seruus adeſt Medicus, adhuc tamen etiā oppourt,

Et vivis non minus consulturus, quam mortuo,

Vocatus pro Lazaro

Videri diu potuit pro Maria solum,

Et Martha venisse.

Geminavit illa dilatio beneficium,

Cum iis fidem reddideit, antequam fratrem.

Otiosum neminem in comitatu patitur suo;

Inter divinas virtutes humanum requirit auxilium,

Jubet tolli lapidem, spem attolli.

Illatus vim Erebo,

Tremendi bajulam nominis

Vult secum esse Mariam.

Fiebat illa excitatio cum injuria dormientis,  
 Unde ad illam venit cum mætore benevolus  
 Ad quam tripudio festinasset iratus.  
 Elevatis in Cœlum oculis  
 Dimensus hominis lapsus ingemuit,  
 Et spelunca spectata  
 Recordatus latrociniū Dæmonis,  
 Lavare voluit oppressi viatoris vulnera vino suo.  
 Qui jam omnia jura mortis intraverat,  
 Factet sorori, sed nondum Deo,  
 Quem uno putredo nostra  
 Ad miserationem sollicitat, non ad fugam.  
 Omnia funera in unius spectans interitu,  
 Quia adhuc solum Lazarum,  
 Non etiam omnes mortuos suscitabat,  
 In semetipsum sibi iratus infremuit.  
 Coram omnium Judice  
 Furti comperta mois fistitur,  
 Et redimens reddendi celeritate rapinæ demeritum,  
 Educit è specu  
 Inclusum adhuc laqueis captivum suum.  
 In liberto Christi,  
 Nulla veteris servitutis tolerantur vestigia.  
 Solutus suum experiri libertatem jubetur,  
 Et de mortuo nihil præter silentium retinere.  
 Stat pro luculenta gratiarum actione  
 Ipsamē muta admiratio beneficii.  
 Levia loquuntur gaudia, ingentia stupent.  
 Et non jure luxeris surditatem viventium,  
 Qui mortuos ita tibi attentos invenias?

*Iesu autem elevatis  
sursum oculus dixit.  
Pater, &c.*

*Erat autem spelunca.  
& lapis superpositus  
erat, &c.*

*Dixit ei Iesu, nonne  
dixi tibi, quoniam si  
credideris, &c. cum  
Martha dixisset,  
quia faret.  
Est ferme sensus  
Chrysolog. Vbi supra.*

*Corpus Lazari,  
quasi corpus delitti è  
morte commissi.*

*Et statim prodit,  
qui fuerat mortuus,  
ligatus manus, &  
pedes insitit.*

*Solvite eum, &  
sinite abiens.*

*Nulla enim legitur  
vox Lazari recens  
suscitati.*

## ELOGIUM XXXIX.

### AD CRUCEM TRIUMPHALI POMPA DISCEDIT.

*Matth. 21. Marc. II. Luc. 19. Ioan. 12.*

Certa Christo de hostibus victoria est;

Ante pugnam palmas exposcit.

Mōis tamen nuper in Lazaro victa

Justam triumpho potuit causam dare.

*Christus vīctor vel  
ante pugnam.*

*Quæ Christo trium-  
phi causa.*

Auxit